Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Regula pastoralis

Gregor <I., Papst>

[Basel], 15. Feb. 1496

Incipit quarta pars: pastorem recte docentem admonens: [...] ne de acceptis virtutibus intumescat

urn:nbn:de:bsz:31-313469

Visual Library

a quodaꝫ vitio ſuo ſine dolore tolleretur.

¶ Quod infirmis mentibus omnino non debeant alta predicari. ¶ Capitulum. XXXX.

Sciendū vero predicatori eſt: vt auditoris ſui animuꝫ vltra vires non trahat: ne vt ita dicam dum pluſq̄ valet: tenditur: mentis corda rumpatur. Alta enim queq̄ debent multis audientibus cōtegi: ⁊ vix paucis aperiri. Hinc nanq̄ per ſemetipſam veritas dicit: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator quem cōſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſurā? Per menſurā quippe tritici exprimitur modus verbi: ne cū anguſto cordi incaptibile aliquid tribuitur: extra funditur. Hinc Paulus ait: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus: ſed quaſi carnalibus: tanq̄ paruulis in xp̄o: lac vobis potum dedi: non eſcam. Hinc Moyſes a ſecreto dei exiens coruſcantē coram populo faciem velat: quia nimirū turbis claritatis intime: archana nō indicat. Hic per eum diuina voce precipitur: vt is qui ciſternam foderit ſi operire negligat: corruente in ea boue vel aſino: preciū reddat: quia ad alta ſcientie fluenta preueniens: cum hec apud bruta audientiū corda non contegit: pene reus addiijcitur: ſi per verba eius in ſcandalū: ſiue mūda: ſiue mens immūda capiatur. Hinc ad beatū Job dicitur: Quis dedit gallo intelligentiam? Predicator etenī ſanctus dum caliginoſo hoc clamat in tempore: quaſi gallus cātat in nocte cū dicit: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et rurſum. Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare. Gallus autē in ꝓfundioribus horis noctis altos edere cantus ſolet. Cum vero matutinū iaꝫ tempus in proximo eſt: minutas ac tenues voces format: quia nimirū qui recte predicat obſcuris adhuc cordibus aperta clamat: nihil de occultis myſterijs indicat: vt tūc ſubtiliora queq̄ de celeſtibus audiāt: cum luci veritatis appropinquāt.

¶ De opere p̄dicatoris ⁊ voce: ¶ Capitulum. XLI.

Sed inter hec ad ea que iam ſuperius diximus: charitatis ſtudio retorquemur: vt p̄dicator quiſq̄ plus actibus q̄ vocibus inſonet: ⁊ bene viuendo veſtigia ſequacibus imprimat: vt potius agendo q̄ loquendo quo gradiatur: oſtendat: quia ⁊ gallus iſte quē pro exprimenda boni predicatoris ſpecie in locutiōe ſua dominus aſſumpſit: cum iam edere cantus parat: prius alas excutit: ⁊ ſemetipſm feriens vigilantiorē reddit: quia nimirū neceſſe eſt: vt hi qui verba ſancte predicatiōis mouent: prius ſtudio ſancte actiōis inuigilent: ne in ſemetipſis torpentes opere alios extitent voce. Prius ſe per ſublimia facta excutiant: et tūc ad bene viuendū alios ſollicitos reddant. Prius cogitationū alis ſemetipſos feriāt: quicquid in ſe inutiliter torpet: ſollicita inueſtigatiōe deprehendant diſtricta animaduerſiōe corrigāt: ⁊ tunc demū aliorū vitam loquēdo componant. Prius punire propria fletibus curent: ⁊ tunc que alioꝝ ſunt punienda denūcient: ⁊ anteq̄ verba exhortatiōis inſonēt omne qđ locuturi ſunt operibus clamāt.

¶ Explicit tertia pars.

¶ Incipit quarta pars: Paſtorem recte docentem admonēs: vt frequenter ad ſe redeat infirmitatē ſuam quanta valet conſideratione ad memoriā mentis reuocando: ne de acceptis virtutibus intumeſcat: vnico capitulo comprehenſa.

Sed quia ſepe dum predi=
catio modis cõgruentibꝰ
vbertim funditur apud ſe
metipm̄ de oſtenſione ſui
occulta leticia loquentis
animus ſubleuať:magna
cura neceſſe eſt: vt timoris laceratione ſe
mordeat: ne qui alioꝝ vulnera medendo
ad ſalutē reuocat:ipē per negligentiā ſue
ſalutis intumeſcat:ne proximos iuuando
ſe deſerat:ne alios erigens ipē cadat. Nā
quibuſdā ſepe magnitudo virtutis occa=
ſio perditiōis fuit:vt cum cõfidentia viri=
um inordinate ſecuri ſunt per negligenti
am inopinate morerenť. Uirtus nāqꝫ cuꝫ
vicijs renitiť:quadam delectatiōe eius ſi
bimetipī animus blanditur: fitqꝫ vt bene
agentis mens metū ſue circumſpectiōis
abijciat: atqꝫ in ſui confidentia ſecura re=
quieſcat. Cui iam torpenti ſeductor calli=
dus omne quod bene geſſit:enumerat eā
qꝫ quaſi pre ceteris prepollentē in tumo=
re cogitatiōis exaltat. Unde agitur vt an
te iuſti iudicis oculos fouea mētis ſit me
moria virtutis : quia reminiſcendo quod
geſſit:dum ſe apud ſe erigit: apud humi=
litatis auctorē cadit. Hinc namqꝫ ſuper=
bienti anime diciť. Quo pulchrior es de
ſcende : ſurge qui dormis cum incircũci=
ſis. Ac ſi aperte diceret: Quia ex virtutū
decore te eleuas : ipā tua pulchritudine
impelleris vt cadas. Hinc ſub hieruſalē
ſpecie virtute ſuperbiens anima reproba
tur cum dicitur: Perfecta eras in decore
meo:quē poſuerā ſuper te dicit dominꝰ:
⁊ habens fiduciaꝫ in pulchrytudine tua:
fornicata es in nomine tuo. Fiducia quip
pe ſue pulchrytudinis animꝰ attollitur:
tum de virtutū meritis leta apud ſe ſecu=
ritatē gloriatur : ſed per eandē fiduciam
fornicationē duciť: quia dum interceptā
mentem cogitatiōes ſue decipiunt: hanc
maligni ſpiritus per innumera vicia ſedu
cendo corrumpũt. Notandū vero ꝙ dici=
tur: Fornicata es in nomīe tuo. Quia cū
reſpectuꝫ ſuperni rectoris mens deſerit:
laudē protinus priuatā querit: ⁊ ſibi arro
gare incipit omne bonū: quod vt largito=
ris preconio ſeruiret:accepit. Opinionis
ſue gloriam dilatare deſiderat:ſatagit vt
mirabilis cũctis innoteſcat. In ſuo ergo
nomine fornicať : qui legalis thori cõnu=
bium deſerens: corruptiōi ſpiritui in lau
dis appetitu ſubſterniť. Hinc Dauid ait
Tradidit in captiuitatē virtutem eoꝝ: ⁊
pulchrytudines eorū in manus inimici.
In captiuitatē etenim virtus ⁊ pulchry=
tudo in manus inimici tradiť: cum dece=
pte menti antiquus hoſtis et boni operis
elatione dominať. Que tamen virtutis
elatio:quāuis plene non ſuperat: vtcũqꝫ
tamē ⁊ electorū ſepe animū temptat. Sed
cum ſubleuať deſtituiť: deſtitus ad formi
dinem reuocať. Hinc etem̄ Dauid iteruꝫ
dicit: Ego dixi in abundantia mea nõ mo
uebor ineternū. Sed quia de confidentia
virtutis intumuit:paulo poſt quod pertu
lit:adiunxit. Auertiſti faciē tuam a me et
factus ſum turbatus. Ac ſi aperte dicat:
Fortē me inter virtutes credidi:ſed quā=
te infirmitatis ſim derelictꝰ agnoui. Hic
rurſum diciť. Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iu
dicia iuſticie tue. Sed quia eius viriū nõ
erat manere in cuſtodia quā iurabat:debi
litatē ſuā protinus turbatus inuenit. Un
de ⁊ ad precis opem ſe cõtulit repente di
cens: Humiliatus ſum vſquequaqꝫ domi
ne viuifica me ſcđm verbum tuū. Nonnū
ꝙ vero ſuperna moderatio priuſquā per=
munera prouehat : infirmitatis memoriā
ad mentē reuocat: ne de acceptis virtuti=
bus intumeſcat. Unde ⁊ Ezechiel ꝓphe
ta quotiens ad cõtemplanda celeſtia du=
ciť:prius filius hominis vocať. Ac ſi hũc
aperte dominꝰ admoneat dicens: Ne de
his que vides in elatōe cor ſubleues:cau
tus perpende ꝙ es:vt cum ſumma pene=
tras eſſe te hominē recognoſcas : quate=
nus dū vltra te raperis ad temetipm̄ ſolli
citꝰ infirmitatis tue freno reuoceris. Un=
de neceſſe eſt vt cū virtutum nobis copia
blandiť:ad infirma ſua mentis oculus re=
deat:ſeſeqꝫ ſalubriter deorſum premat:ne
recta que egit: ſed ea que agere neglexit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aſpiciat: vt dum cor ex memoria infirmi-
tatis atterit: apud humilitatis auctorē ro-
buſtius in virtute ſolidet: quia ⁊ plerūqꝫ
omnipotens deus iccirco rectorū mentes
quāuis ex magna parte ꝑficit: imperfe-
ctas tamen ex parua aliqua parte derelin-
quit: vt cū miris virtutibꝰ rutilāt: imper-
fectiōi ſue tedio tabeſcāt: ⁊ nequaq̄ ſe de
magnis erigāt: cū adhuc contra ſe minīa
immitētes laborant: ſed quia extrema nō
valent vincere de precipuis actibus non
audeāt ſuperbire. Ecce bone vir reprehē-
ſionis mee neceſſitate cōpulſus: dum mō-
ſtrare qualis eſſe debeat paſtor inuigilo:
puchrū depinxi hominem: pictor fedus:
alioſqꝫ ad perfectiōis litus dirigo: qui ad-
huc in delictorum fluctibus verſor. Sed
in huius queſo vite: naufragio orationis
tue me tabula ſuſtine: vt quia pondus ꝓ-
prium me deprimit: tui me meriti manus
leuet.

Beati Gregorij pape: Liber
cure paſtoralis inſigni laude cō-
mēdatus: diligenti ſtudio emē-
datus: ac debita diſtinctiōe par-
titus: vigilantiqꝫ cura in vrbe
Baſilienſi arte impreſſoria per-
fectus: feliciter explicit. Sub an-
no domini. Milleſimoquadrin-
gēteſimononogeſimoſexto: die
vero decimoquīto Menſis Fe-
bruarij.

Laus deo.